

sustinuimus sine iudicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipsorum que nobis adducte sunt τρόπος εὐτελος dicimus, quod quidem solam habentes hebraicam vocem, et ipsa uti in sacrorum librorum lectione volunt, nec græcam tradere dignantur, et multum dudum tempus pro hoc ad invicem commoventur. Nos igitur hujusmodi discentes meliores judicavimus esse et græcam vocem ad sacrorum librorum lectionem tradere volentes, et vocem omnem simpliciter, quam locus aptiore et magis cognitam audiendibus facit.

CAP. I.

Sancimus igitur licentiam esse volentibus Hebreis per synagogas suas in quoconque Hebrei omnino loco sunt per græcam vocem sacros libros legere convenientibus, vel etiam patria forte (italica hoc diximus) lingua, vel etiam aliquando simpliciter, una scilicet cum locis etiam lingua commutata, et per ipsorum lectionem, per quam clara sunt quæ dicuntur convenientibus omnibus deinceps, et secundum haec vivere et conversari, neque fiduciam esse his qui apud eos sunt expositib; solam hebraicam tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia suam ipsorum abscondentes malam consuetudinem. Verum tamen hi qui per græcam legunt, Septuaginta utantur traditione, que omnibus certior est, et præ alius melior iudicata, præcipue propter quod circa interpretationem contigit, quia et per duos divisi, et per diversa interpretantes loca, tamen unam tradiderunt omnes compositionem. — § 1. Ad hæc vero quis non horum virorum et illud admiretur, quia multo antiquiores salutari apparitione magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi constituti, tamen illam futuram, tanquam videntes, sacrorum librorum traditionem fecerunt tanquam prophetiæ gratia circumfulte, eos? et hac quidem utuntur præcipue omnes. Sed, non tamen tanquam eis residuas excudere sanciverimus interpretationes, licentiam damus et Aquilæ uti, etsi alienæ tribus ille, et non competentem in aliquibus sermonibus habet cum Septuaginta interpretatione dissonantiam. Eam vero quæ ab eis dicitur secunda editio, interdicimus omnimodo, utpote sacram non conjunctam libris, neque desuper traditam de prophetiis, sed inventionem constitutam virorum ex sola loquacitate terra, et divinum in ipsis habentium nihil. Et ipsas ergo sacras voces legant, codices ipsos responsum, sed non abscondentes quidem quæ per eos dicta sunt: exterioribus vero traditis sine scriptis vanæ vocis utentes, ad simpliciorum per ipsos excogitatio perditionem. Ut hac data a nobis licentia, neque dannis aliquibus subiciantur omnino qui græcam vocem et alias tradunt, neque ab alio quovis profiteantur. Neque licentiam habentur hi qui ab eis majoribus omnibus archipherece aut presbyteri, forsitan, vel magistri appellantur, perineis aliquibus aut anathematism; hoc prohibere, nisi velint propter hos castigari corporis penitentia, et insuper privationem facultatum nolentes sustinere, meliora vero et Deo amabiliora volentibus nobis et jubentibus.

CAP. II.

Si quidam vero apud eos atheos vanæ novæ vocis eloquia inferre præsumperint, aut resurrectionem et judicium negare, aut facturam Dei, et creaturam angelos subsistere: hos et expelli volumus loco omni et non relinqui vocem blasphemie, et ita a Dei simul lapsam notitia: presumentes enim eos affari aliquid hujusmodi ultimus subdantur suppliciis, illato errore ex hoc Iudeorum emendantes gentem.

CAP. III.

Oramus vero eos, aut per istam aut per illam linguam sacros libros audientes, servare quidem interpretantem malignitatem, non solas vero considerare literas, sed rebus refici, et divinum veraciter intellectum excipere, et redoceri quod melius est, et quiesceri aliquando errantes, et in hoc ipso quod est omnium ξενικῶν peccantes, in Deum spem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperimus ad sacrorum librorum lectionem, ut omnes de cetero eorum accipientes scientiam doctores ad melius fiant, re confessa constituta paratiorem multo ad discretionem esse, et ad melioris intentionem, sacris innutritum libris, et parum quod desit habentem ad emendationem, quam scientem quidem horum nihil, solo vero cultus inchoatum nomine, et tanquam anchora retentum sacra, et doctrinam piam, haeresis appellationem esse putantes.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, et per hanc præsentem piam legem declarata sunt, custodierit quidem tua gloria, et quod tibi obtemperat officium. Servabit et pro tempore, qui in eodem cingulo ordinabitur, et non permetteret omnini Hebreos præter hæc facere, sed insistentes et prohibere omnino nitentes, corporalibus primum penitus subjiciens exilium incolere compellet, auferens et bona, ut non simul ipsi contra Deum, sed

¹ Tit. XXX. — ² Addit. N. 248; N. 163, L. 6, C. de jure fisci. — ³ L. 15, C. de annon. et

et imperium audacter insurgat; utetur autem et præceptionibus ad provinciarum praesides, præcipiens ipsis nostram legem ut et ipsi hanc discentes, proponant per civitatem unanimaque: scientes, quod hæc observari utili erit his, qui nostram indignationem veriti fuerint. — Dat. 6 id. febr. Constantiop., DN. JUST. P. P. Aug. anno 28, post Basil. V. C. consulatum anno 12.

TIT. XXX.

DE RELIQUIS¹ PUBLICIS NON EXIGENDIS, ET DE DISCUSSIONE DIVERSARUM ACTIONUM.

NOVELLA CONSTIT. CXLVII.

Idem Augustus Areobindo P. P.

PREFATIO.

Et si expensam multam nunc supra quam aliquando reipublica esse oportet, tantam magnitudinis præbitionem benignitate accipienti Dei, et ad augmentum rationem super impositos expugnanti barbaros, omnem tamen providemus viam, ut et expensarum non prohibita fiant, et nulla misericordia species circa subjectos nostros relinquantur. Quanta igitur singulis interpellantibus nobis et debita prætentibus publica et inopiam redditionis, præparare remuneramus, et qualiter nullus misericordiam petens sine acta nostra recessit facie, hoc dicere non nostrum est, his quæ pro his scriptis sunt et ipsi qui remunerations accepimus, attestantibus nobis. Sed quia modicum et imperio indignum est de singulis interpellantibus proprias aliquorum munerationes facere, aut etiam usque ad villas aut civitates solas aut in solas provincias nostram extenderemis misericordiam, et non magnum aliquid et commune de omnibus subjectis facere.

CAP. I.

Propter hoc ad præsentes nostras venimus donationes, per quas sane mus dimitti omnibus nostris subjectis reliqua omnino debita a præterito circulo prædictis indictionis et ejus, et in quam præcedentes nostras concluimus donationes usque adhuc currentem septimam indictionem et ipsam: ut sint viginti duo anni continuui in nostros subjectos a nobis facta largitatis, et nulla reliqua ex illo relata tempore. Hæc vero dicimus non in his que in auro solum, sed etiam si argenteum aut triticum, aut quedam alia species debita sit, et hoc quidem sive quod a subjectis debitus sit, sive ab Illyrica præfectura aut sacrorum nostrorum thesaurorum, sive pro fructibus, sive pro residuis titulis quomodocunque inferendis ab eis. In commune enim omnibus nostris subjectis hanc nostram largitatem concedimus, ut nemo pro temporibus illis super eos reliquum inducat, qualemque faciens reliquum exactiōnem, sive ab ipsis destinatis cingulis, aut qualitercumque publicam personam sibi vindicans, sive aliqua inferens præcepta aut deputationes²: quoniam quidem et hi qui hujusmodi quid accepimus, et tanto continue non exigere tempore, contra subjectos nostros auferimus exactiōnem. Insper et contra ipsum publicum, qui enim debet continue tantum, vel negligens, vel sportulæ magis et non principalius factus, et neque ab eis neque a publico accipiens, non in tempore deinde memoratur deputationum, aut exinde exactiōnem inferre tentat. E contrario autem, cum qui hujusmodi aliquid facere se presupserit, tanquam nostris pestiferum repellimus donationibus, ut omnem de cetero repetitionis occasionem aut perineam auferri, tam contra subjectos, quam contra publicum et majorem prævalere, et ex hoc ἀπαρχηρά nostris subjectis. Quoniam autem et his præfruentur donationibus, et quæ sacris nostris privatis aut divino nostro patrimonio competent possesiones, et neque contra colonos neque contra locatores aut emphyteutas exactio fiscalium pro predictis a nobis fiet temporum, aut ab his quæ publicum exigunt, aut palatinis ipsis manifestum est. Hæc vero dicimus de his quæ debentur adhuc, et apud nostros sunt subjectos. Si enim aliquid contigerit illis dare et hoc apud curiales forsitan aut officiales aut hypodectas aut delegatores, aut apud hos qui provinciarum sunt numerari remansi, hoc non comprehendimus neque partem facimus presentis nostre donationis, sed servabimus publico. Inutilissimo constituto, ut quod a subjectis datum est, non fiscus accipiat, sed proprium aliorum lucrum fiat.

CAP. II.

Hac vero nostra largitatem excludimus, et quæ cauta sunt forsitan, aut fidejussa publico a numerariis aut arariis³ aut scribariis, nil enim tribut; L. 7, L. 9, C. de exactorib. tribut. — ³ Tit. C. de susceptorib. proposit. et arariis.

AUTHENTICÆ, COLLAT. IX, TIT. XXXII, NOVELL. CXLIX.

neque his de æqua conserimus donatione, quia semel propria fecit, et pene habet hæc accipiens fiscus. De sacra vero haec largitate excipimus tam militares, quam federaticas⁴ discussiones: ipsa enim non continent quidem nostros subjectos: justam vero exactiōnem contra illos inferrunt, qui non competenter de publico accipiunt, quanquam si occasione militaris vel federative expensæ contigerunt accipientes, tamen proprium lucrum facient: et multo magis hoc nostra excipimus donatione civilium pecuniarum inquisitiones, et insuper operum discussiones tam quæ in hac felicissima civitate quam in aliis provinciis, quoniam non est justum tanto a nobis emissu auro pro occasione munitionis reipublicæ, administrantes quidem lucrum injustum habere, fraudari vero loca nostra largitate, aut debita eis munitione, aut civitates pecunias quæ ad ornatum eorum divisa sunt, defraudari. Quia vero etiæ malignantis omnino odimus, sed nostras tamen humanitas oblivisci nullo possumus modo: proprieta sancimus quæ a nobis in quibusdam capitulis facta exceptio est, locum habere super his que nuper transiit, prima indictionis temporibus, hanc vero dicimus sexdecim pridie annis factam. De his enim quæ præcedunt temporibus, simplicem et generalem omnibus continue nostram humanitatem concedimus, nullam exceptionem in ea facientes, ut communem omnes homines præfruentur securitatem, et nullam reliquorum exactiōnem ex qualibet occasione ex illis procedere temporibus. Hanc nos quidem subjectis humanitatem concedentes Deo magno offere actum existimavimus oportere, ut omnes his perfruentes bonis, gratias pro imperio constianteur magno Deo, qui et hunc nobis in mentem actum immisit.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarantur legem, ea studeto tua excellentiad opus adduci, et servari festinet. — Datum prid. kal. Constantiop., DN. JUST. P. P. Aug. anno 28, post consulatum Basil. V. C. anno 3.

TIT. XXXI.

DE INDULGENTIA¹ RELIQUORUM PUBLICORUM.

NOVELLA CONSTIT. CXLVIII.

Antonio Contio interprete.

PREFATIO.

Quantam circa communia rerum statim ex procœmis nostri imperii fœtus providentiam et studium, tradita nobis ex Deo reipublica curam gerentes ex his que jam fecimus, manifestum fœtus universis. Nam publicum debitis multis prægravatum invenientes, et ad ultimam penitentiam repulsum in nosmetipsum suscepimus debitum, onere simul et difficultate multa sublevantes illud et rem militarem diffliuentem jam necessariorū penuria, ita ut respubica barbarorum insultibus et incuribus immensis pessudaretur, secundum quod nobis fuit possibile, competenti correctione sumus dignati: quin nec usque ad hæc et sola oportere existimavimus circa subjectos stare auxilium, sed et cojudam alterius participes facere humanioris sententia subditos, lege jussimus opus esse, liberos ipsis his quæ ab ipsis debebantur debitibus publicis facientes.

CAP. I.

Communem igitur et nanc nostram beneficentiam in omnes subjectos extendentes, indulgemus superiori tempori usque ad octavam indictionem, et ipsam præsentis cycli, debita a subjectis publico: et sancimus nullam exactiōnem fieri eorum quæ in reliquis debentur usque ad dictam indictionem, sive generalē, sive speciale mensa tua gloria hæc respiciant, sive cingulum sacrorum apud Illyricos prætoriorum, sive gloriosissimi Justiniani prefeci eorum, qui in Mysia et Scythia sunt militares numeri, sive sacrorum nostrorum thesaurorum, sive sacratissimi nostri arariorum, sive sacri patrimonii, sive magnificentissimi curatoris domorum. Sed omne quicquid tam in auro quam argento et ceteris speciebus debitus sit, id omnibus debentibus indulgetur, ita ut neque coloni neque conductores, neque emphyteute, neque etiam possessores exigant debita publico reliquæ corum quæ a predicta exactiōne fluxerunt et ipsa temporum.

CAP. II.

Excipimus autem ab hac nostra largitate militares et federaticas² dis-

⁴ N. 148, c. 2
Tr. XXXI. — 1. N. 147. — 2. d. N. 147, c. 2.

cussiones. Ipsas enim subjectos neque omnino contingere accidit, præter eos et quidem solos, qui sibi ex publico pecunias erogatas, in lucrum proprium conferunt. Item ea qua militaribus ordinibus vel federaticis deputata sunt a publico, et que apud dictos hypodectas vel exæctores aut delegatores, sive in auro sive in argento et in aliis quæ in specie confertur, inventantur a subjectis soluta, exigentur et ipsa, et solventur quibus competens est predictorum nostrorum cingulorum. Ad eundem vero modum et alios omnes qui accepimus a nostris subjectis aurum vel aliud quid ex dictis nobis indictionibus, et hoc non depositur in publicum, (si deponi competens erat) excipimus a præsenti nostra donatione, ut illud in publicum aut his quibus congruit, solvatur. Subjectorum enim miseres, præsenti eos dignati sumus humanitate. Sed neque eos, qui apud se publicas suscepimus pecunias, privare vero publicum volunt, sive illas ad quos destinati erant. Perspicuum autem est, quod si quidam hanc nostram præsidentes manifessentiam super indultis reliquis, per aliquam τρίποντα, id est, machinationem, a subjectis causantes aut fidejussiones accepimus, aut in propria transtulerint debita, vel aliud quid in fraudem hujusmodi meditati esse aut fecisse deprehenduntur, nihil ex his utilitas habebunt, reddent vero cautiones his a quibus receptor eriperunt ipsis. Omnes autem gratias Deo et nobis constiuentur: ali quidem quia debentes reliqua, indulgentia et humanitate dignati sunt, alii vero quia nihil reliquorum nomine debentes, liberati sunt sollicitudine, susceptorum gratia custodiæ, ne hi quibus accidit sape, pro iisdem inquietari temporibus, rursus tangunt quibus furto propria iugatio intercederit, ad solvendum præsto esse debeant, usque ad octavam indictionem habentes securitatem, ut in omnes revera præsens nostra distractibuntur donatio.

EPILOGUS.

Quæ igitur sancita sunt a nobis et per hanc nostram pragmaticam legem manifestata: tua gloria literis usa per hanc regiam urbem omnibus manifesta constituit. — Dat. Constantiop., DN. JUSTIN. P. P. Aug. anno 19, post consulatum Basil. V. C. anno 4.

TIT. XXXII.

UT DEI AMANTISS. EPISCOPI CUM PROVINCiarum INDIGENIS ET INCOLIS, QUOS SIBI PRÆSIDES ESSE VELINT, EOS SIBI A SACRATISSIMO PRINCIPE CONCEDI PETANT, IIQUE GRATIAS PRÆSIDES FIANT: UT TAMEN QUI IN PRÆSIDEM PETITUR, IDONEE FISCO CAVEAT: SI VERO PRÆSIDEM PETERE DISTULERINT, UT TUM ADVERSUS EUM QUI IPSIS PRÆSES MISSUS FUERIT, QUODCUNQUE ETIAM OCCASIONE PUBLICORUM TRIBUTORUM FECERIT, QUERELAM INSTITUERE NEQUEANT.

NOVELLA CONSTIT. CXLIX.

Dum reipublica a Deo nobis date curam gerimus, simulque ut subditos nostri in omnibus justitia bona fruantur, operam damus, hoc unum nobis inde ab initio proposuimus, ut quicquid antea imperfectum, et confusum fuisset, id et corrigeremus et undique perfectum exhiberemus. Anxiæ itaque reputatione habita, quomodo et fiscus et subditos illasi et indemes permaneant, animadvertisimus nos facile id consecuturos, si efficeremus ut provinciarum præsides, ubi magistratu gratis suscepimus, rite fisco caivessemus, in omnibus recte ac legitime magistratu fungentur: ita ut ab omni iustitia, quæstū, aliquoquin turpitudine atque reuicta abstinerent.

CAP. I.

Ne igitur peregrini aliqui in provincias se ingerentes, illas injuria afficiant, nosque crebris adversus illos interpellationibus instituendis molestias sustineamus: hortamur cojusque provincie sanctissimos episcopos, eosque, qui ex indigenis et incolis primas tenent, ut per communem libellum supplicem de ipsis ad nostram potentiam referant, quos idoneos esse ad provinciæ sua gubernationem existimant. His enim magistratus insignia gratis tradituri sumus: tamen ut publicum et fiscalem canonem se illaturos caveant, atque nihil contra leges se exacturos, neque cuiquam collatorum vim illaturos, illis datis sponsoribus promit-

67

tant, se annonis contentos publicorum tributorum exactioni invigilatores, iisque qui in sacris unctionibus probi et prompti sint, mites simul et paterno affectu exhibituros, cum improbis vero atque refractariis acerbis in actionibus acturos, neque inde quidquam lucri ablatores. Oportebit vero etiam nihilominus illos, conjectis in leges² oculis quibuscumque litigatoribus æqualitatem atque justitiam tribuere, et, ne sumptibus ac longinquitate temporis alterantur, citio³ illos dirimere: tum et eos qui deliquerint, in jus rapere, et secundum legem penas illis infligere: denique in omnibus justitiam exhibere.

CAP. II.

Ac sane non hisce solis haec præcipimus, verum etiam cujusque magistratus assessoribus, aliisque quicunque magistratibus subservient. Nam si quis illorum aut in publicorum tributorum exactione negligenter se gesserit, aut collatores nostros dannis contumeliosive oblationibus involverit, simul bonus excedet, simul summo subjicietur supplicio. Et enim Deo auspice hoc unum nobis studio est, ut provincie bonis legibus regantur, ita quoque habentur, atque præsidum justitia fruantur: et vero publica tributa cura querelan inferantur. Impossibile enim est, ut sacrī tributis novillatis, alioquin⁴ respublica conserveatur. Militares namque copia assignato sibi salario inde percepto, hostibus resistunt, et collatores a barbarorum incursionibus et truculentia vindicant: deinceps agros aque civitates a latronum aliquo modo incompositam viam sectantur, vi et irruptionibus, agendis excubis defendunt: ex illis etiam reliqua cohortes ea que ipsis attributa sunt, accipiunt: muri atque civitates indidem instaurantur: publicarum balnearium hinc calefactiones procedunt: postremo spectacula, aliae omnia qua ad delegationem subditorum inventa sunt, ex iisdem curantur: ut quæ ab illis contribuuntur, partim in ipsis, partim propter ipsis insumentur et impendantur: nobis autem prorsus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, quomagno ille Deus et Servator noster Jesus Christus, magnitudine clementiae sue permittit propter hoc nos bonis remuneretur.

CAP. III.

His itaque omnibus provincialibus hominibus velut præconio a nobis denunciatis, et quanta nostra sit erga subditos benevolentia et liberalitas per hoc ostendo, magis propitium ac benignum Deum habituri sumus, qui tantopere ne quid detrimenti subditi capiant cursum. Si vero hoc nostrum beneficium consecuti, in præsidum electione, opinione atque spe frustrentur, neminem præter seipso culpare poterunt. Neque etiam, si hos eligere, ei ad nos referre distulerint,ullo amplius jure de iis qui hinc in provincias emittentur, si propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, querimoniam institueri: neque vero nos ut de his nos audeant, eosque deferant, delincere sustinemus. Qui enim facultate eligiendi præses a nobis ceperint, ut illi gratis magistratus suscepisti publica tributa inferrent, ipsique ab illis nulla injuria afficerentur, si hi in illorum electione negligenter versati fuerint, permittendum illis nullo modo erit ut de ipsis conquerantur, nosque illos delatari audeant, atque molestiam exhibeant. Ceterum nullus omnino in personam quæ ipsi incumbunt publicis tributis, ulla dilatatio uti poterit, non⁵ sacra domus, non sanctissima ecclesia, non pium pauperum receptaculum aut monasterium, non denique clarus aut obscurus quisquam. Neque vero eos qui rempublicam administrant, neque quos *éxaltatopaz* vocant, neque etiam alios, quibus publicarum contributionum cura incumbit, periculo, quod hinc existere possit, extimimus. Quia enim in commune omnibus conducunt, illorum qui in fisca improbi esse velint, injusto proposito anteferimus⁶.

EPILOGUS.

Ut autem quæ pulchre a nobis proponuntur, omnibus manifesta fiant: jubemus, ut tua excellitia hoc præsens sacrum edictum per felicem hanc urbem et in provinciis, conspicuis in quaque civitate locis proponat, quo neminem ratio, quæ fisci subditorumque indemnitatii consultatur, a nobis serenissime adinvata lateat. — Dat. 13 kalend. febr. Constantiopol., imp. DN. Just. P. P. Aug. anno 8, post consul. ejusdem anno 3.

TIT. XXXIII.

DE¹ EA QUÆ RAPTORI SUO NUBIT.

Præsens constitutio confirmat penas in constitutione ipsam præcedente
2. N. 26, c. 1; N. 52, c. 13, et Inst. de offic. judic. in pr. — 3. L. 15, C. de judicis. — 4. N.
8, c. 10, 2 s. — 5. Addit. N. 37, L. 7, C. de sacros. eccles. — 6. Addit. L. 10, D. de jure fisci.
Tir. XXXIII. — 1. N. 13.

prædictas. Jubit enim, ne puella raptum passa, raptoris suo nubat. Sin vero hoc fecerit: non succedit ei, cujuscunque tandem secta ant etatis sit. Nam si ipsi conjuncta non fuerit: capiet omnia bona ejus. Si parrens consenserit raptum passa filiae sua, ut raptoris suo copuletur, mittetur in exilium. Si mortuus est non præbito consensu, tunc raptoris bona confiscantur, videlicet, cum nefaria sint ejusmodi nuptia, si denuo raptoris suo raptum passa puella copuletur.

TIT. XXXIV.

NE DECURIO AUT COHORTALIS¹ PERDUCATUR IN JUS, SISTATURVE JUDICIO² CITRA JUSSIONEM PRINCIPIS, QUÆ INSINUETUR PRÆFECTIS.

Imperator JUSTIN. AUGUST. Areobindo prætoriorum præfector.

PRÆFATIO.

Suggestio nobis per epistolam gloria tua facta est, que dicit, non ex usu esse, ut decuriones aut cohortales, cum publico privatoe cum ipsis iure agendum est, ad diversa judicia, vel ad hanc aliam perdudant urbem, vel in alias mittantur provincias; sepenumero autem sacras nostras præberi jussiones, que id velint: petitiue ut sacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalem aut decurionum judicij causa, vel ex alia in aliam provinciam duceretur, vel ad hanc usque regiam pertraheretur urbem. Si vero sacra de hoc componantur formæ: ut haec prius insinuentur judicio excellentiæ tuae, et decreta, ut æquum est, suscipiant.

CAP. I.

Nos igitur tametsi omnem productionem in jus exhibitionemque in judicio aversanur: si tamen necessitas incidat ut hujusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum magistratum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem aut decurionem ad hanc aliam urbem judicij causa perduci faciat: nisi sacra aliqua interveniat jussio, que expressis verbis id præcipiat, quam ipsam convenient ut et excellentiæ tua perdicat, neque citra decretum tuum ipse hic in jus perducat, cum ita fieri id expediat publico: ne si ex iis locis ubi³ publicas tractant pecuniæ, abstrahantur, hanc ansam arripiunt documentum inferendi contra rempublicam.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, et per hanc sacram nostram pragmatice declarantur formam, ea studeto excellentiæ tua effectui et fini tradere.

TIT. XXXV.

NE SACRA FORMÆ QUÆ DE CAUSIS PROCEDUNT PUBLICIS, ALITER ROBUR ACCIPIANT, QUAM SI GLORIOSISS. PRÆTORIORUM PRÆFECTIS INSINUATÆ SINT, VEL FUERINT, ILLICQUE HABEANTUR RATÆ.

Imperator JUSTIN. AUGUST. Joanni gloriosiss. prætoriorum præfector.

PRÆFATIO.

Dantes operam, ut divino cooperante auxilio, cum summa diligentia res imperii, a Domino Deo nobis concreti gubernentur: jubemus ne aliter forma de publicis confecta causis ad magnificiss. ducem, aut etiam Augustalem, aut clarissimos provincialium præses valeat, nisi prius insinuata fuerit judicio excellentiæ tuae: que vero insinuate nouuerint, nullam firmatatem habeant. Absurdum etenim fuerit, sacram formam pro publicis confectam causis, non prius insinuari throno excellentiæ tuae, atque ita transmitti in provincias, finique contradi.

CAP. I.

Si quid igitur hucusque ad detrimentum reipublicæ factum est, jubemus hoc irritum esse: sancientes, ut quavis de cetero sacrae formæ pragmaticæ sive ad Augustalem, sive ad ducem, sive ad reliquas provincias ratione.

Tir. XXXIV. — 1. Tit. C. de cohortalib. — 2. N. 45, in fin. præf. — 3. Fac. tit. C. ubi d⁴

prædictas. Jubit enim, ne puella raptum passa, raptoris suo nubat. Sin vero hoc fecerit: non succedit ei, cujuscunque tandem secta ant etatis sit. Nam si ipsi conjuncta non fuerit: capiet omnia bona ejus. Si parrens consenserit raptum passa filiae sua, ut raptoris suo copuletur, mittetur in exilium. Si mortuus est non præbito consensu, tunc raptoris bona confiscantur, videlicet, cum nefaria sint ejusmodi nuptia, si denuo raptoris suo raptum passa puella copuletur.

TIT. XXXVII.

DE HIS QUI IN OSDROENA¹ ILLICITAS² CONTRAHUNT NUPTIAS.

Imperator JUST. AUGUST. Floro comiti sacrarum rerum privataram.

PRÆFATIO.

Præter opinionem incertus ad nos rumor pervenit: quod hi qui Mesopotamiam et Osdroenam provincias incolunt, illiciti se jungere audent nuptias; et romanas leges, neque non interminatas in iis penas veteres simul et novas transgrediantur, in illicita ac prohibitas incidentes nuptias, dum vicini et adjacentibus populis morem gerunt. Ceterum nos nibil quicquam horum creditimus: neque enim arbitramur homines esse, qui quidem, cum portio sint nostra reipublicæ, tale quid facere audent, quo facto et progeniem suam dehonestent, et confundant³ nomina.

CAP. I.

Unde et per vestigare ea volumus, et si omnino hujus generis aliquid factum sit, extremum delinqutibus inferre supplicium. Sed quia et longum tempus est, neque credimus hujusmodi aliquid delicti admisum esse, ut maxime hujusmodi quid contigerit, tamen quod præterit, quoque se modo habeat, his qui Osdroenam et Mesopotamiam provincias incolunt, proper diversum hostium irruptiones, que quotidie in ipsis sunt, indulgens⁴, maxime vero quia agrestis⁵ ut plurimum multudo haec fertur delinquere: simiusque ea manere sub presente forma, haud scrupulosus nimis anxie hac inquirent, que usque ad novellam sacram de hoc nostram (ut potius fieri) constitutionem perperam admissa fuerunt: sed omnem hujusmodi de hoc inquisitionem contra personas, et res ad eam provinciarum incolas pertinentes prohiberi sancientes. Post⁶ nostram vero legem que nuper⁷ de hoc fuit proposita, si quis presumpsit, aut etiam presumpserit tale quid facere: volumus, ut ex extremis subdatur penis, sciturus, quod non intra pecuniarias penas resistamus, sed tam ipsum, quam uxorem, et liberos ex illicita procreatos nuptias post nostram constitutionem digna animadversione perseguemur, et periculum⁸ capitis simul atque bonorum ademptionem irrogabimus: nulli parcentes, sive majoris, sive minoris status, aut conditionis, aut quod multo etiam difficultus est) sacerdotii sit, sed omnibus plectendis solemnem et romanis legibus decentem ordinem conservabimus, non tantummodo partem bonorum ablaturi, sed et cum toto patrimonio partem corporis: et si importunus illicita contractas nuptias deprehendimus, ne ipsam etiam vitam quoquam salvare queant: ut per omnia penas consecentur sint delictis. Oportet enim recta pariter ac convenientia sapere, et alios ad earundem rerum amulationem excitare: non vero ipsos perpetrare legibus contraria, et ex matra vitiorum imitatione refugium quærere. Haec igitur conservari in predictis provinciis volumus tam civilibus, quam militaribus magistratibus id ipsum custodiendibus, et ut penas delinquentibus imponantur procurantibus. Atque hoc mandatum volumus ibi locorum programmati per proprios magistratus manifestum fieri: nisi et ipsi extremis subdi velint supplicii, simul et magistratum ac bonorum amissionibus, si quid horum per negligentiam omiserint.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, et per hanc sacram pragmatice declarantur formam, ea studeto gloria tua effectui et fini tradere.

TIT. XXXVIII.

UT MATRES ETIAM TUTELÆ RATIONIBUS OBNOXIE¹ SINT.

Imperator JUSTIN. AUGUST. Belisario.

PRÆFATIO.

Porrexit potentia nostra supplicationem Martha clarissima femina, qua continebat, quod magnifice memorie Sergius, qui pater ejus fuit,

L. 8, D. pro derelicto.
Tir. XXXVI. — 1. N. 5. — 2. Fac. N. 139. — 3. N. 12, c. 1. — 4. Fac. L. 57, D. de ritu nupt. — 5. Addit. N. 144, c. 2. — 6. L. 22, D. de legib. : N. 129, c. 4. — 7. N. 139. — 8. L. 6, C. de incest. et iusti. nupt.

Tir. XXXVIII. — 1. Addit. N. 22, c. 40.

2. N. 26, c. 1; N. 52, c. 13, et Inst. de offic. judic. in pr. — 3. L. 15, C. de judicis. — 4. N.
8, c. 10, 2 s. — 5. Addit. N. 37, L. 7, C. de sacros. eccles. — 6. Addit. L. 10, D. de jure fisci.
Tir. XXXIII. — 1. N. 13.

rum præses confiantur, occasione (ut dictum est) causarum publicarum omnino insinuentur judicio excellentiæ tuae, eoque pacto (ut dictum est) cum iussionibus excellentiæ tuae mittantur in provinciam: ut que

quidem sacrae formæ ad detrimentum reipublicæ factæ non sunt, haec et suscipiantur, conjicianturque in preceptiones, et ab excellentiæ tua mittantur in provincias, quatenus certo fini tradantur; que vero ad detrimentum reipublicæ per obrepitionem¹ sunt, has quidem sacras formas tua suscipiat excellentiæ: non tamen prius quia inihi sunt reposita faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis si quid (ut potest fieri) ad detrimentum factum est reipublicæ, id corrigamus. Quæcumque enim sacra pragmatica forma publicarum causarum nomine facta throno excellentiæ tuae insinuata non fuerit, hanc nullo valere tempore volumus.

TIT. XXXVI.

DE INFANTIBUS EXPOSITIS¹.

Imperator JUSTINIANUS AUGUSTUS Mennæ gloriosissimo præfectoro prætoriorum Illyrici.

PRÆFATIO.

Crimen a sensu humano alienum, et quod ne ab ullis quidem barbaris admitti credibile est, Dei amantissimus Thessalonicensis ecclesiæ apocrisiarius² Andreas ad nos retulit, quod quidem vix ex utero progressos infantes abhinc, inque sanctus eos relinquunt ecclesiæ: et postquam educationem atque alimoniam ab hominibus pietatis studia exercitibus promoverunt, hos vindicent, et servos³ suis esse pronuntient, cupientes crudelitati sua hos etiam apponere, ut quos in ipsis vita primordiis ad mortem exposuerint, eos postquam adoleverint, defraudent libertate. Ex quo igitur hujus generis factum multa simul in se absurdia complectitur, cedem⁴ videlicet ac calumniam, et quæcumque aliquis in tali actione facili enumeraverit: equum sane erat, ut qui talia perpetrarent, vindicem tam que proficiscunt ex legibus non effugerent, sed quo magis alii exempli litorum temperantiores fuerint, extremis penas subierent: ut qui per actionis impudentiam sua⁵ detulerint flagitia; id quod in posterum custodiri jubemus.

CAP. I.

Qui itaque ad eum modum in ecclesia, aut vicis publicis, aut aliis locis projecti fuisse comprobati erunt: hos omnibus modis liberos esse præcipimus, licet ei qui prejudicium contendit ad hoc, manifeste existat probatio, et possit ejusmodi personam ad suum pertinere dominium ostendere. Nam si nostris præceptum legibus, ut ægrotantes⁶ servi a dominis suis pro derelicto⁷ habiti, et quasi desperata jam valetudine, cura dominica non digna, prorsus ad libertatem rapiantur, quanto magis eos qui in ipso vita principio aliorum hominum pietatis relici, et ab ipsis enutriti fuerint, non sustinebimus in injustam servitutem pertrahi? Quin sancimus, ut tam religiosissimus Thessalonicensis archiepiscopus, quam sancta Dei sub ipso constituta ecclesia, et gloria tua his eum seruat: neutiquam illi qui hæc patrant, legibus nostris constitutas penas effugientibus: nimis qui omni inhumanitate et crudelitate referunt, tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitosioribus id jaceantur.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, et per hanc sacram declarantur formam, ea studeto gloria tua effectui et fini tradere.

TIT. XXXVIII.

UT MATRES ETIAM TUTELÆ RATIONIBUS OBNOXIE¹ SINT.

Imperator JUSTIN. AUGUST. Belisario.

PRÆFATIO.

Porrexit potentia nostra supplicationem Martha clarissima femina, qua continebat, quod magnifice memorie Sergius, qui pater ejus f